tatem humili satisfactione placat. Cui reconciliatus archiepiscopus predixit se ~~uno~~ Nove diem moriturum. Et non multo post mortuus magnis cepit clarere virtutibus.

Pilegrinus.

Tricesimus primus accepit coloniensem ecclesiam, sedens sub Conrado imperatore (secundo) ~~primo~~ annis 15 venerabilis pontifex Pilegrinus. Hic instituit collegium sanctorum ~~apostolorum~~ ~~apostolorum~~ in colonia, et ecclesiam per sanctum Heribertum, antecessorem suum inceptam auxit et feliciter consummavit; ubi sepultus in domino requiescit.

Hermannus.

Tricesimo secundo loco ordinationem accepit ad regimen cathedre coloniensis ecclesie, sedens sub Henrico III ~~primo~~ imperatore ~~supradicto~~ (annis 20) venerabilis pontifex Hermannus cognomento nobilis appellatus, qui sepultus est in ecclesia sancti Petri.

Anno secundus

~~Anno~~

34 Tricesimus tertius successit in pontificatu Coloniensis ~~ecclesie~~ cathedre, sedens sub Henrico III supradicto et Henrico IV imperatoribus annis 20, venerabilis presul ~~laudatus~~ laudatus Anno, hujus scilicet nominis secundus. Iste vir sanctus natione de Dasselle, cum adhuc esset in statu minori et prepositus Poscariensis in expedicione exercitus, quem Henricus tercius imperator predictus contra ~~contra~~ ungaricos rebelles imperio duxit, eundem comitans imperatorem, in bello cum ipsis ungaris commisso fertur fortius omnibus dimicasse. Quem etiam propter sue probitatis et industrie preclara merita dictus Henricus tercius ad episcopatum dignum presulem paludi procuravit. Hic Anno archiepiscopus post obitum Henrici imperatoris tercii supradicti, cum idem Henricus adhuc vivens Henricum quartum filium suum, quintum vix annum etatis habentem, futurum regem Romanorum designasset, et idem Henricus puer Agnete Auguste matri sue per optimates regni ad educandum fuisset commendatus, ipsum puerum, non multis regni optimatibus adversantibus, per vim rapuit a custodia matris, una cum lancea Domini Salvatoris et aliis regni insignibus, et ipsum Coloniam secum ducens in suam recepit commendatum. Ipse quoque beatus annoque solempnes instituit congregationes clericorum atque religiosorum: Primam scilicet beate Marie ad gradus in colonia, secundam ad sanctum Georgium extra ~~muros~~ urbis muros; ~~quo~~ Tertiam in monte qui dicitur Siberg, ubi et in pace est sepultus. Quartam in Westphalia, in loco qui Gracaps appellatur; Quintam vero in Thuringia in loco dicto Salvelt. Idem etiam vir beatus religiosis semper interfuit actibus, sanctorum et religiosorum christi martyrum Ewaldorum corpora, in ecclesia sancti Cuniberti dudum sepulta, de neglectis collegiis lorulis, ad capsas decenter ornatas transtulit, et in eadem sancti Cuniberti ecclesia reverenter reposuit, feceque eorundem martyrum memoriam translationis a fidelibus solempniter celebrari. Quorum translatio facta fuit sub anno domini 1074 ~~quinto~~ mense octobris. Idem beatus pontifex Anno dum ecclesiam beati Georgii, quam ipse de novo construxerat, in duobus festis paschalibus

F indictione [a] II. 5 Non.

[a] (in decreto ~~ita~~ I. decf 2. 3. ita correxi)

[a] ~~fando 1.~~

ac capita sanctorum Felicis et Nabaci per eum de Roma deportata in eadem ecclesia honorifice collocavit [a] addit I, desunt 2. 3 Gestis p.C.

a) ~~non collocavit~~ desunt 2. 3.

g p.C. - 32

34 Nyf. Victor Amonis

constitutus

~~ad inventibus~~

13